Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



in diebus istis ne timeamus vim et dolum inimicorum nostrorum
solite enim: hec sunt verba que facietis. Loquimini
veritatem: unusquisque cum proximo suo. Iudicate
et iudicium pacis iudicate in portis vestris. Et unus
quisque malum contra amicum ne cogitetis in cor
dibus vestris. et iuramentum mendax ne diligatis.
Omnia enim hec sunt que odi. dicit dominus. Et factum
est verbum domini exercituum ad me dicens. Hec
dicit dominus exercituum. Jejunium quarti et jejunium
quinti et jejunium septimi et jejunium decimi erit
domui iuda in gaudium et in letitiam et in solle
mnitates preclaras. Veritatem tantum et pacem dilige
te. dicit dominus exercituum. Ps. Ad dominum cum tribularer cla
mavi et exaudivit me. V. domine libera animam meam a labiis iniquis et a lingua do
Turnos dum tribuis. Orem. Ac. ge. Oro
lose.
collempnie tibi deferre iejunium: sic nos quesu
mus gratiae prevenias subsidium. Lectio daniel prophete.
In diebus illis. Angelus domini descendit cum aza
ria et socios eius in fornacem et excussit flammam
ignis de fornace: et fecit medium fornacis quasi
ventum roris flantem. Flamma autem diffusa
est super fornacem cubitis quadraginta novem
et incendit quos reperit iuxta fornacem de caldeis
ministros regis qui eam incendebant: illos autem
omnino non tetigit ignis neque conturbavit nec
quidquam molestiae intulit. Tunc hymnum quasi ex uno
ore laudabant et glorificabant et benedicebant deum
in fornace dicentes. Vulgatus. Benedictus
es domine deus patrum nostrorum. Et laudabilis et gloriosus in secula. Et benedictum nomen glorie tue quod est